



ANTONIUS

SALOMONE

Sacrae Theologiae Doctor

Jam Ecclesiae Maxariensis Episcopus

Nunc Dei Et Apostolicae Sedis Praetice

ARCHIEPISCOPUS

SALERNITANUS

Episcopalis Ecclesiae Acernensis Perpetuus Administrator

Lucanice Bruttiorumque Primas

II. Domini Nostri Dni Scypr IX. Secretus Domesticus

Et Pontificio Solio Assistens

Dominico ex grege in haud parva partij regimine, Nobis licet immeren-
tibus concedita, de ^{qua} absolutam sane rationem sumus praestictim red-
dituri, in eo potissimum majora pastoralis Nostrea vigilantiae studia
convertendo esse semper duximus, ne quid scilicet negligenter, ex quo
salus animarum, qua pretiosissimo Domini Nostri Iesu Christi san-
guine redemptae sunt, valeat quaesueris commendari. In ea praes-
sectim quanta maxima possumus animi alacritate ac studio ope-
ra pretium intendere existimamus, qua parva Christifidelibus
salutaria, in frequente videlicet divini verbi praeconio, in re-
rum caelestium contemplatione, in praecipua saltem articulo-

fidei peritia, in prompto Sacramentorum administratione, in
primis praesentant comparanda. Nihil idcirco iniucundius,
equiusque animo Nostris proteritis diebus erat perficiendum,
quam visitationis occasione populum per nos proximum Nostra
ciensem Nosmetipsos ducentes, hisce auribus, et hisce oculis
audire ac legere universorum, cuiusque generis ac conditio-
nis incolarum expostulationes, quibus proximis sibi pasto-
rem enixis precibus efflagitabant, qui spirituali suorum
animarum utilitati prospiceret, totamque suam operam na-
varet. Et se quidem verae quaerimoniae iure, meritoque ve-
ritati innitebantur: ex accuratis enim informationibus habi-
tis, fuit a Nobis probe animadvertendum, quod ille popu-
lus in praesentiarum sexcentis circiter animabus numero-
sus, atque in naturali morum probitate ac religione
constitutus, in eo versabatur conditione, qua frequentem
vitae aeternae partem quaerens, non erat qui pastoralis ei
frangeret charitatem, neque erat qui eius pueros ac puel-
las fidei rudimenta edoceret, vel evangelica praecepta, mo-
rumque normas praes oculis poneret, vel extremo vitae discrimi-
nate laborantibus, facilem Sacramentorum expiationem
administrarat, et pauperibus adiumentum, ac levamen, vi-
dulis honestas, ac decus, virginibus robur ac columnam fixisset,
omnibusque exemplo, sermone, incessu, et opere formam sibi
quaevis vindicaret. Quae gravia inconvenientiae, quaeque tam
magno momenti necessitates ita tempore hiemali augeri
debuerunt, ut non raro contigerit, quod ab loci ab Eccl-
sia Divi Petri Collegiali Curata distantiam, senes praesentem,
pueri, ac debiles impotentes sponte divinis officiis interesse, mo-
nita salutis audire, Sacramentorumque perceptione saepe sa-
pius roborari. Neque hic amplius juvat in meliorem vitam
Subsidariam reduci, quae a nunquam satis laudando Nostris
immediato antecessore F. Re. a Marino Paglia sub die 27.º men-
sis Octobris anni 1843. fuit instituta, utpote quae immutatis

temporibus, populo iam satij excreto, fide hinc ^{presentibus} ~~temporibus~~ temporalibus
sepeunte, pro competifimo est, et quotidiana experientia edocemur, non
quidem misericordias, sed titulos et pastores constituendos esse; hosque non
minue, immo potius et si opus fuerit augeri, qui misticos agros etiam per
partim zelo et sollicitudine, qua deest, sibi in Domino capebant ex
colendos.

Haec igitur cum ita sint, et matura animi Nostrae deliberatione per
pensa, directoque etiam pleno huius Collegialis Capituli suffragio, Au
toritate Nostra Ordinaria, et tanquam etiam Apostolica Sedis Delegati,
in Actu Sanctae Pastoralis Visitationis, et S. Mariae Trinitatis Nomine hu
militer invocato, praescribimus, statuimus, et decernimus, Notariensem
populum ab Ecclesia Divi Petri Curata omnino esse segregandum, prout
praesentibus Nostris Litteris ex nunc uti sejunctum, ac segregatum
definimus: eademque volumus potestate, ut publicum Oretorium,
in eodem Notariensium pago existens, cui titulus ac nomen est Divi
Bernardini, sub ipsamet invocatione in Ecclesiam Parochialem exi
gendum sit, prout ex nunc creatam ac constitutam declaramus.
Exinde jubemus, eam quam citius Fonte Baptismali, decenti Taberna
culo in Altare Majori de S. Mariae Eucharistiae rite, ac recte aser
vandam, Sacris Oleis, suppellectilibus ad Parochiales functiones pesa
gendas necessariis, aliisque omnibus singulisque, quae ad Parochialem
Ecclesiam pertinent, instruendam ac providendam esse. Quae de se per
ventiores illius populi in Domino exortamus, ^{ut} non solum propriis curae
xilio, sed suam diligentiorum operam praestent, quae per Parochiano
rum symbala et collectas, vel per aliam commodiorem si eis videbi
tur rationem ea valeant comparare. Acque ac volumus, ut iidem
Parochiani suam obligationem, ut juri est, animadvertant, quae
oleum lampadibus ante Majus Altare perpetuo accendis, elabora
tas curas, aliisque Divino Cultui, Ecclesiaeque maintenance, vel ex
tensionis necessaria debent pro se nata suppeditare.
Quoad Curatum vero expresse mandamus, ut alijs tribus Curatis, Sancti

nampe Michaelij Anagnini, Sancti Eustachii, et Sancti Nicolai ad Nu-
bolam omnino, ac penitus equiparetur. Deoque admodum Reuerendo
Capitulo huiusce Insignis Collegiate, universorum huius Regni Status
Montisrubini animarum curam. & Fundationis lege. presentis
ius hunc quartum Curatum nominandi plenarie, atque omnino re-
servetur. Statuimus tamen pro absoluta equiparationis condi-
et de vigesima quinta Capitularium reddituum portione, de qua
dimidiam partem Archidiaconus pro tempore annuatim percipit,
huiusce dimidia quarta pars singulis annis Curato Ecclesie Para-
chialis Sivi Bernardini ex nunc in postea attribuetur. Qua
occasione Capitulum majore qua potuerit industria exortetur,
ut prefatam Parochiam Ecclesiam noviter erectam loco Filice
pro oculis habens, paterno amore, et largiori qua poterit cha-
ritate eius necessitatibus, atque paupertati opituletur.
Ad lites autem, et futuras foreas questiones circa jurisdictionem
præcauendas, volumus eam ab oriente, et meridie a presentibus
Ecclesie Parochialis Sancti Eustachii finibus, qui sacra testaque
uti iacent, omnino remanere debeant; et ab occasu et septentrione
re finibus Ecclesie Matris Curator Sivi Petri, ita circumscribi,
ut eius territorium initium a pæneo ponte sumat, qui ad Notæ
Vallone. Scaduto nomenputum usque ad extremam superiorem
agri Montisrubini oram attingat, prædica recta ad familia
Spasano et Capruccia pertinetia intehadat, dueque alia præ-
dia Confraternitatis Sivi Rosarii, et Francisci Antonii Cerino in-
termediatæ.
Benigno demum animo præiudicij admodum Rendi Capituli cano-
nice congregati, juxta Capitularem diei decima mensis Junii
currentis anni deliberationem annuis, atque intraemus, quip-
pe quæ considerationibus, ac nostris votis penitus consonæ sunt:
labefactatis enim temporibus, prout hisce actibus in dies conspicimus,
in iis Capitulis, quibus animarum cura adhaeret Vicariatus perpetuus
potius detrimento, quam utilitati redundare solet: si enim prout

Vicarii laudabilem fortasse operam rei Parochiali praestant, reliqua
 Clero stimulus atque excitamentum desunt, quibus ecclesiastica studia
 nocturna diurnaque manu versare, integritatemque vitae rationem
 sequi valeat, ut dignus, atque idoneus ad curam executionem, et ad sa-
 lutem animarum se reddat. Et quid autem dicendum si Vicarius
 perpetuus non pastor, sed rapax lupus oves devorare attentabit,
 easque a Dominicij viij aberrandas reducet?.....

Attenta igitur hac locali conditione, libenter sancimus, ut in
 hac lege fundationis derogata, quo vicarium cura a Curatis per
 hebdomadam exercebatur; nedom posteriori abrogata praescriptio-
 ne, qua per Curatos perpetuus erat perfrugenda, ad aliam immu-
 tationem redeamus oportet, qua decernimus, et constituimus Admodum
 Reverend. Collegium capitulatis die 1^o mensis Septembris cujuli-
 bet anni congregatum ad quatuor Curatorum nominationem
 procedat, et Nobis illius cum copia a capitulari deliberatione
 extracta adprobanda vel confirmanda proponat, quin tantulum
 tamen praesudicii Nostra Episcopali potestate inferatur, cujus
 virtute Nobis^{vel} nominationes propositas reiicere, vel Vicarios iam
 curam exercentes et non nominatos confirmare, vel Nostra ple-
 naria Auctoritate eligere, quatenus indignum sive non idone-
 um nominationes exhibeantur, expressa et ampla iuris forma
 reservamus.

Ad aeternam igitur rei memoriam volumus, statuimus, et man-
 damus, hanc Nostram praesentes litteras firmas, validas, et ef-
 ficaces existere, et fore, suoque plenarios effectus sortiri et
 obtinere, et Parochiali Ecclesia Divi Bernardini plenissima suf-
 fragari, et ab illis ad quos spectat, et in futurum spectabit, in
 omnibus, et per omnia inviolabiliter observari.

Datum Montisovini in Acta Sanctae Pastoralis Visitationis
 die tertio Mensis Julii, Indictione XI. Anni R. S. MDCCCLXVIII
 + Antonius Archiepiscopus Salernitanus, et Ecclesia Aversa
 Perpetuus Administrator

Nicolaus Carus Curii Cancellarius Capitularis